

Divina adfulgente gratia!

DISSERTATIO GRADUALIS

De

DOGMATI-
BUS JOHAN-
NIS HUSSI BOHEMI;

Quam,

*Consensiente Amplissima ad ALIAM Facul-
tate Philosophica,*

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL

Eloquent. Profess. Reg. & Ordin.

Publico subicitur examini

JOHANNES ER. HUSS, Junior

Jemius

In Auditorio maximo ad diem 21.
Junii Anno MDCCXXXVIII.

ABOÆ, exc. Joh. Kizempe, R. A. Ty.

R:æ R:æ Mitis

MAGNÆ FIDEI VIRO

Reverendissimo PATRI ac DOMINO,

**D^N NICOLAO
STERNEL,**

S. Theologiæ DOCTORI

Celeberrimo,

Norlandiarum occidentalium SU-
PERINTENDENTI Dignissimo,

Vener. Consistorii Hernicelandensis
PRÆSIDI Gravissimo,

Gymnasii Scholarumque EPHORO
Adecuratissimo,

MÆCENATI MAGNO.

L Exem hanc, de DOGMATIBUS IOH
HUSSI BOHEMI Dissertationem Rev-
erendissimo NOMINI TUO offerre cur ausim,

is promerit sunt rationes gravissima, quantum principem facile locum sibi vindicet, ingens cumulus beneficiorum in paternam domum & necessitudines ceteras meas colatorum, & spes ulterioris favoris certissima. Tenuem igitur hunc ingenii mei factum in debita venerationis & obsequii signum TIBI consecra, illiq; ex Reverendissime NOMINE TUO decus & favorem conciliari expeto. Suscipe igitur Reverendissime Domine PRÆSUL, exile hoc exercitium, quod venerabundus TIBI offero, meque posthac inter cliens TUOS numerari patere. Quod superest, Deum T. O. M. calidis fatigabo precibus velit TE per annos bene multos saluum & incolumen servare, quo ecclesia de tanto DOCTORE, Nobilissima Familia, ac clientes omnes de fulcro firmissimo ac patrono propensissimo sibi gratulari queant. Quod ex animo vovet qui est eritq; dum vixerit

Reverendissimæ Dignitatis Tuæ

Cultor devotissimus

IOHANNES ER. HUSS Junior.

Admodum Reverendo & Prael. Domino,
Mag. PETRO KLEBERG,
Pastori in Rödön // Nestott // Uls &
Uspås meritissimo, & adjacentium
ecclesiarum PRÆPOSITO, adcuratis-
simo, & Scholæ Triv. Fræssœensis IN-
SPECTORI laudatissimo, Patrono,
multis nominibus venerando.

Admod. Reverendo & Praclariss. Domino,
Mag. OLAVO KENZELIO,
Pastori in Nordingeråd // Wibyggeråd
& Ullånger optime merito, contangvie-
neo, honoratissimo.

Admod. Reverendo, atque Praclariss. Domino,
Mag. ANDR. SÖDERSTRÖM,
In Reg. Gymnas. Hernecelandensæ S. S.
Theologiæ Lectori primario, Ven.
Consistorii Adlessori gravissimo, an-
tea studiorum meorum moderatori
optimo, Promotori pia mente vene-
rando.

Dissertationem hanc tui atque prope-
ruantia atque gratitudinis pignus

Calor imo

JOHANNES ER.

Admod. Reverendo & Praclariss. Domino,
Mag. CLEMENTI THELAO,
Pastori in Torp & Borgsid / quæ in
Medelpadia sunt vigilantissimo, Pa-
trui loco, singulari uti par est hono-
re, afficiendo.

Admod. Reverendo & Praclariss. Domino,
Mag. ANDREÆ NENZEN,
Gregis, qui in Sunne, Fridsön / Hals-
len / Marieby // & Norderön Christo
colligitur, pastori, meritissimo, Patro-
no & Fautori exoptatissimo.

Admod. Reverendo & Praclariss. Domino,
Mag. ABRAHAMO BÄNG,
Eloq. Lectori dignissimo Vener. Con-
sistorii Herne. Adessori dexterrimo,
adfinitatis, vinculo mihi coniunctissi-
mo, Præceptori in puerili ætate fide-
lissimo, Promotori certissimo.

vanti calamo conscriptam in debite obse-
perpetuum, reverenter ac officio, e. D. D. D.

desessus
HUSS, junior.

Praclarissimo Domino,

Mag. OLAVO PLANTIN,
Mathes. Lectori in Regio Gymnas.
Hernæsland. dignissimo, Ven. Con-
sist. Adessori æquissimo, consangui-
neo honoratissimo, promotori cer-
tissimo.

Plurimum Reuer. ac Clariss. Domino,

Dn. ERICO NORÆO,
Pastori in Sjöth / Häggenäs / Rörkås
& Söling meritissimo laudatissimo-
que, avunculi loco suspiciendo.

Perquam Reuerendo. & Doctiss. Domino,

Dn. NICOLAO HOFVERBERG,
V. D. Comministro in Berg &c. me-
ritissimo, consanguineo & amico ca-
rissimo.

S*pecimen hecce Academicum, in animis
scribere & debito cultu
Admod. Reuer. & Ho-*

Cultor ob.

JOHANNES ER,

Admod. Reverendo & Præclariss. Domino;
Mag. NICOLAO GRANBAUM,
Histor. & Philol. civil. Lectori, Ven.
Consist. Adessori accuratissimo, per
adfinitatem mihi conjunctissimo,
Promotori certissimo.

Perquam Reverendo atq; Doctiss. Domino;
Dn. JONÆ GRUBB,
V. D. Comministro in Stueg &c.
laudatissimo, consanguineo & ami-
co dilectissimo.

Spectata Fidei & Integritatis Viro,
Dn. CHRISTOPH. AHLSTRÖM,
Regioni a rationibus Jemptlandicæ
accuratissimo, consanguineo & a-
mico svavissimo.


*grati testimonio, vestris nominibus ad-
offerre non dubitat.*
noratissimorum Nom. Vest.

Servantissimus
HUSS junior

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
TEL: 773-936-3200

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
TEL: 773-936-3200

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637
TEL: 773-936-3200



I. N. J.

PRÆFATIO.

Johannes Huft, Professor publicus academix Pragenfis, ecclefiastes ad facellum academicum Bethlehem Reginaeque Bohemiae Sophiae à confessionibus facris. vir pius & pro ratione ætatis illius insigniter eruditus, in ea incidit tempora calamitofa, quibus ftatus ecclefiæ per tyrannidem papifticam admodum erat corruptus. Postquam igitur facrum codicem diligentius evolvere, & cum illo.
do.

2
doctrinam Waldensium & Jo-
hannis Wiclefi angli conferre
cœperat, latens in papismo vi-
rus animadvertit. Unde com-
tus animo, circa annum Christi
MCCCC. erroribus & moribus,
qui in ecclesia invaluerant, per-
versis, ore & scriptis sese op-
ponere ausus est. Quod tamen
ipsi felicius non successit, quam
ut contra fidem publicam i-
psi datam, ex decreto concilii
constantiensis, carceri inclusus,
hæresios damnatus & tandem vi-
vus combustus sit. Et quum. b.
m. Patruus meus Magister Jo-
hannes Huss, vitam & fata san-
cti hujus martyris specimine a-
cademico Upsaliæ antea deline-
averit, existimavi quasi spicilegi-
um quoddam mihi relictum age-
re de DOGMATIBUS illius, præ-
cipue postquam intellexi exerci-
tiii

3
iii nostri partem posteriorem de
Denario b. Petri, propter tempo-
poris angustiam non posse publi-
cam lucem adspicere. In hoc
vero argumento ita versabimur,
ut dogmata Hussi vera & genu-
ina a spuris & ipsi affectis se-
cernamus, respectu potissimum
habito ad ea, quæ in concilio
ante nominato damnata fuerunt;
de Tuo interim B. L. favore &
benevolentia, tanto certiores
quanto innocentior est conatus,
& propositum nostrum.

§. I.

περὶ τὴν ψευδοκρίσιν, fundamentum &
basin totius religionis catholicæ,
ut dicitur, auctoritatem & in-
fallibilitatem papæ esse, quæ sub-
lata cetera facile corruerent, sal-
tem facilius corrigerentur, ne-
minem fugit. Hoc animadver-
tens Johannes Huss, hanc ipsam
papatus acropolin doctrinam sua

potissimum petebat. Statuit ne speciem quidem vel umbram veritatis habere pestilentissimum illud dogma, quo asseritur debere esse visibile caput ecclesiae unum supereminens, atque vicarium quendam Christi in his terris. Rationes inter alias attulit has, quod Christus sine illo regere suam ecclesiam potest, immo per longum temporis spatium gubernavit, antequam inolevit auctoritas Papae, quo melius illi consultum fuisse contendit, quam sub praesulibus ejusmodi monstruosis, qui & doctrina & moribus Christo adversarentur. Neque papam ostendere posse ullum praecipuum divinum praeminentiae & praerogativae suae praeter aliis episcopis, vel se a Deo ad id praedestinatum esse, verum potius voluisse supremum numen regimen eccle-

§
ecclesiæ suæ fore apud omnes
servos suos, veros fideles & pi-
os per orbem terrarum sparsos.
Quod enim Petrum attinet, gra-
tis a pontificiis adseri dixit, eum
fuisse episcopum universalem &
caput ecclesiæ catholicæ, & tan-
to minus valere hoc argumen-
tum, quanto certius constat pon-
tifices neq; vita neq; moribus imi-
tari apostolū hunc, & proinde ne-
quidem successores illius merito
dici. Conclufit demum omnem
papæ auctoritatem originem du-
cere non nisi ab indulgentia &
nimia remissione juris imperato-
rum Romanorum, quæ abusus
sit papa in proprium eorum da-
mnum & totius ecclesiæ perni-
ciam, ut proinde antichristus
merito diceretur.

§. II.

Idem Huss indulgentias papales
rejecit easque verbo Dei re-
pu-

pugnare statuit. Quam sententiam defendendi peropportuna ipsi lubnata est occasio, cum papa Johannes XXIII. bello implicatus adversus Ladislaum regem Neapolitanum, emitteret bullam quandam, qua peccatorum remissionem omnibus pollicebatur, qui bello hoc sacro arma pro sui partibus capefferent. At animo iniquo tulit hoc Hussus, existimans impium esse talibus blanditiis allicere homines ad sanguinem Christianorum mutuo effundendum. Has igitur bullas primum in concionibus sacris aggressus est, eas absurdas & fallaces esse ostendens, deinceps vero anno MCCCCXII. die Lunæ VII. id. Junii, theses contra illas quasdam evulgavit, easque foribus & valvis templorum & monasteriorum affixit, & ad eas examinandas cujuscunque generis

ris & conditionis literatos viros invitavit. Historiam hujus controversiæ, disputationis actus & motuum subsequutorum exhibet Kortholt (a). ad quem lectorem remittimus.

§. III.

Titulum quo papa sanctissimus appellatur, utpote soli Deo competentem, & cœcam venerationem, qua eum prosequi solebant mortales, exoscullando pedes illius, iniquam & abrogandam esse contendit. Præcipue vero ingeniose & commode impugnabat ac irridebat hunc aulum temerariam, postquam Papa, quem diximus Johannes XXIII propter enormia sua vitia eodem concilio constantiensi sanctissimo munere privatus, a vicariatu Dei, ut verbis utar pontificiorum, discedere, meritas.

(a) vid. ejus hist. eccles.

tasque dare pœnas coactus est. Quo audito ex carcere ad Bohemos suos hæc perscripsit Huffus.

(b) Considerate, inquit, quod suum caput papam propter quedã horrenda scelera dignum morte iudicaverunt. Agite dum respondete ad hæc predicatorum, qui concionamini: quod papa sit Deus terrestris? quod sit caput totius ecclesie sancte, eam optime administrando, quod sit cor ecclesie, eam vivificando spiritualiter: quod sit fons ex quo promanat omnis virtus & bonitas, quod sit sol ecclesie sancte, quod sit refugium tutissimum ad quod quemlibet Christianum confugere oporteat. En! caput illud jam gladio amputatum, jam Deus terrestris victus, jam ejus peccata palam declarata, jam fons ille siccatus, sol obscuratus, cor extractum abjectumque

(b) vid. epist. II:da ex carcere ad Bohem. scripta edit. a B. Lutbero Witt. 1536.

ne quispiam ad illud refugiat. Quibus quid de sanctitate papæ præ aliis hominibus tenendum sit, luculenter demonstravit.

§. IV.

Post papam invaserat, in primis Cardinales assessores collegii sacri, locum a pontifice proximum sibi vendicantes, qui veros & genuinos Apostolorum successores se esse, & hinc dignitate antecedere debere principes tantum non omnes jactitarunt. Hoc vero iniquum esse statuit Hussus, contendens neminem apostolorum dici oportere successorem, nisi simul vita & moribus eos imitetur, quod de purpuratis illis curiæ Romæ absolute negavit (c). Deinde universaliter & in respectu ad totum clerum pronuntiabat, neque

(c) Theod. & Niem. in vita Johannis XXIII. pag. 47.

que ullum vere dici posse sacerdotem, quamdiu in mortalibus hæreat peccatis, largiens quidem æquivoce pastorem vocari posse, revera vero furem esse & latronem, & per immania & nefanda sua facinora polluere munus suum sacrum nomenque divinum profanare; prout etiam Judas quamvis in numero discipulorum Christi haberetur, ipso tamen opere nequissimus bipedum fuit. Nihil quippe valere dixit electionem sacerdotum illius temporis impiorum, quam prætenderent, cum non ex eo sequatur quæpiam legitime esse electum a Deo, quod in electione illius plurimi consenserint secundum ritus humanos. Hinc magistratus civilis esse docuit, inquirere & anmadvertere in vitam & mores impiorum ejusmodi ministrorum, eorumque compefcere

scere avaritiam, qua opes & facultates non modo privatas sed sæpe etiam publicas sibi arrogare non erubescerent. Imo licere cuivis Christiano pio & fideli impune vitia eorum reprehendere, quum nullum capitale peccatum, quantumvis majoris mali vitandi gratia, tolerandum esset. Diminuendam quoque dixit nimiam eorum auctoritatem, qua imperium despoticum in conscientias hominum, exercebant, & cæcam sibi comparare obedientiam, ut tum dicta fuit, ecclesiasticam, studebant, per excommunicationes censuras & inquisitiones iniquas, per inventionem & excogitationem novorum articulorum fidei, novorum rituum & novarum legum ecclesiasticarum, eodem prorsus instituto, quo Pharisei ea mortalibus imponebant, quæ ne ipsi

quidem sustinere valebant. Sed debere illos verbum Dei tanquam regulam & cynosuram semper & ubique respicere, & neminem illis dicto audientem esse oportere, si vel unguem latum ab illius veritate recederent: (d) cujus proinde liberam prædicationem cuivis ministro fidei competere contendebat, neque semper æstimandas esse excommunicationes eorum anathemata & fulmina, verum si talia ministrum petant, qui notitiam justam sibi acquisivit, & juxta zelo ardet gloriam divinam promovendi, non consultum esse ideo abstinere a verbi prædicatione, sed quatenus unusquisque ad ministerium vocatus, mandatum divinum nanciscitur de verbo virili disseminando, ex-

(d) *vid. Catal. test. verit. auct. p. 180.*

euendi & prædicandi euangelium, ita non posse hoc ipsum per auctoritatem humanam iniustam tolli, sed si vi inhibeatur conatus ejuscemodi, ad supremum iudicem ut in aliis, ita & his esse provocandum. (e)

§. V.

DE ecclesia statuit non externum cœtum & turbam monachorum illam constituere, sed sanctorum potius & electorum eam esse communionem, eoqve respectu unicam, sanctam & universalem ecclesiam dici, cujus vinculum gratiam prædestinationis esse statuit, atqve ad hanc ecclesiam, præscitos ut vocat, non pertinere, scilicet discrimen faciebat inter præscitos & prædestinatos. Quam distinctio.

(e) *Mutius Chron. lib. XXVII.*

tionem se capere non posse ingenuè fatetur Osiander (f) De ecclesia Romana illius temporis statuit eam per longum temporis spatium non fuisse veram sed Babelem potius & antichristi regnum.

§. VI.

IN loco de eucharistia sacra figmentum illud Pontificiorum rejecit & damnavit, quo verba institutionis præter mentem ipsius salvatoris pervertunt, statuendo panem & vinum post consecrationem sacerdotalem transmutari in corpus & sanguinem Christi. Et mirari se dixit eorum sacerdotum stultitiam, qui existimant se tanquam creaturas posse benedictione & missa sua creare creatorem & hoc modo ipsi Deiparæ Virgini Mariæ, quam tamen

(f) vid. epit. hist. eccles. cent. XV. lib. 1. cap. 10. §. 3. p. 463.

men divino cultu prosequuntur, præstare, cum Maria tantum semel Christum pepererit, hi vero absurde arbitrantur se quavis hora eum facere posse (g).

§. VII.

COMMUNIONEM sub utraque specie Hussum nostrum primum restituisse Bohemis suis, sunt qui velint nonnulli, quod tamen ab aliis negatur, qui observant hoc dogma ante eum defendisse M. Mathiæ Parisiensem, qui circa annum 1380. in Bohemia docuit, ut & Valdenses, atque præcipue duumviros illos Petrum Dresdensem, & Jacobum Misnensem, qui a placitis pontificiorum recedentes, patria pulsi Pragam tempore Hussi se contulere, a quibus deinceps existimant multi Hussum hoc dogma hausisse, saltem

occa

(g) vid. Kerckhof, hist. ecclæs.

occasionem habuisse, in id ulterius inquirendi. Quidquid vero sit, certum & indubium illud manet, Hussum si non primum, saltem præcipuum fuisse, qui calicem dominicū, edito hac de re libello denuo invictis argumentis vindicavit, prout bene observat Calvōrius (b) Ut & docuisse eum simul posse sacerdotem quocunque loco & tempore S. Cœnam administrare, & petentibus porrigere.

§. VIII.

QUOD ad ritus externos attinet multos tales esse docuit, ut rejici & aboleri & possent & deberent, utpote qui meram spirarent superstitionem. E. g. supervacaneam illam aquarum & palmarum benedictionem: auricularem confessionem: mixturam

(b) *vid. ejusd. Fiss. Zionis lib. XV. cap. I. p. 392.*

tam aquæ & olei circa baptis-
 mum & plura ejusmodi. (i) In-
 primis docuit abducendū esse vul-
 gus ab erronea illa opinione,
 quasi ritus hi externi aliquid in
 se haberent meriti, vel mon-
 asteria, oratoria sacra & a-
 liæ ejusmodi domus hominibus
 conferrent quid præ aliis ædibus,
 quasi ibi propitior esset Deus,
 quam alibi, vel vestes, calices
 & alia ornamenta templorum a-
 liquid virtutis in se reconditum
 haberent, & proinde in morbis
 curandis adhiberi possent, vel
 imagines & cælaturæ sanctorum
 in basilicis appositæ adorari de-
 berent, vel jejunia pars essent
 cultus divini, aut Deo grata
 res præstaretur per horas cano-
 nicas & celebritates sanctorum.
 Potius tempus tribuendum esse
 B dixit,

(i) conf. Hen. Sylv. Hist. Boh. cap.

dixit, negotiis necessariis economicis & civilibus, præcipue cum ex verbo divino constet, sanctum habendum esse non nisi diem septimum, reliquis vero opus faciendum, & sic porro.

§. IX.

Similiter in respectu ad extrema vitæ & statum hominis post mortem docuit: abolendam esse extremam unctionem pontificiorum, ut & missas, preces pro animabus defunctorum, utpote quæ nullo fundamento niterentur, sed inventæ tantum essent ad locupletandos sacerdotes & avaritiam eorum satiandam; præcipue cum fundamentum ipsum hujus ausus, puta purgatorium, non nisi figmentum esset humanum, nulloque testimonio comprobari posset, quin animas & corporibus discedentes vel cælesti

lesti gloriæ, vel æterno igni atq;
 supplicio, a quo nulla redemptio,
 inferri. Frustra etiam interpel-
 lationes & intercessiones san-
 ctorum apud Deum implorari
 contendebat, utpote qui nulla
 in re nobis opitulari queant, &
 proinde indigni sint, quos divino
 fere cultu creduli mortales pro-
 seqverentur. (k)

§. X.

Postquam dogmata Hussi ge-
 nuina breviter recensuimus,
 spuria paucis attingere animus
 est. In his blasphema & audax
 est cavillatio illa, qua ipsi im-
 putarunt pontificii, quod do-
 ceret, se fore quartam divini-
 tatis personam, quod suo testi-
 monio comprobasse doctorem
 quendam dixere: sed quærenti
 Husso quisnam esset ille? respon-

B 2

de-

(k) P. Ann. Sylv. Hist. Bob. cap.
 25. p. 510

debatur, non jam opus esse id
indicare. Adeo vero absurdum &
erroneum esse hoc ipsum quivis
videt, ut tam pio & erudito
viro ne in mentem quidem ve-
nire potuerit. Hinc etiam om-
nes historiae ecclesiasticae scri-
ptores, quibus veritas veltantil-
lum cordi est, in refutando hocce
figmento, utpote ex odio inexstin-
guibili adversariorum ejus prose-
cto, conspirant.

§. XI.

DEinde libros & dogmata
Wiklefi eum adprobasse &
commendasse dictitabant, in qui-
bus tamen ex sententia eorum
noxii & perniciosi essent errores
multi. Quidquid vero sit de dog-
matibus Wiklefi, de quorum in-
tegritate jam non disquirimus,
hoc tantum dicimus, Hussum
nostrum neque Wiklefi neque a-
liorum libros approbasse, nisi in
quantum convenirent cum ver-
bo

Dei: (l) Sed hoc tamen simul contendit, impium esse & culpandum ausum pontificiorum, qui sine discrimine omnia scripta Wiclefi damnassent, & comburi iussissent, non alium in finem, quam ne avaritia eorum & pudor nudaretur & omnium oculis exponeretur.

§. XII.

Magna est controversia inter Theologos de actionibus indifferentibus, an scilicet dentur nec ne. (m) In hoc argumento negativam sententiam amplexum fuisse Hussum, dicit artic. XVI. in Constantiensi concilio damnatus. Afferit, nempe Hussum statuisse nulla dari opera indifferentia, sed esse omnes actiones vel virtuosas, vel vitiosas; quidquid nempe agit impius

(l) Vid. Osiand. libr. cit. cent. XV. lib. 1. Cap. 10. p. 463 & 468.

(m) Vid. Budd. Theol. Mor. p. 388.

pius esse malum; quidquid pius
 bonum; hac addita ratione: quod
 sicut peccatum inficit universa-
 liter omnes actus hominis vitio-
 si, ita virtus vivificet omnes a-
 ctus hominis virtuosi. Ad quod
 tamen dogma hæc annotat Osi-
 ander (*): Puto hunc articulum
 per calumniam a sophistis in
 concilio fuisse corruptum. Non
 enim existimo Johannem Huss
 sensisse, quod homo malus nun-
 quam aliquid facere possit quod
 per se sit bonum (etiamsi id
 coram Deo sit peccato contami-
 natum) aut quod homo bonus
 non interdum faciat aliquid ma-
 li, quod ne ipse quidem appro-
 bare possit. Rom. 7. Controver-
 siam de actionibus indifferenti-
 bus ad forum remittimus theo-
 logicum; sufficiat nos tanquam
 histo-

(*) Lib. cit. cent. XV. l. cap. II.
 p. 466.

23

historicos memoriae prodidisse, dubium saltem esse inter scriptores historiae ecclesiasticae, an genuinum sit hoc dogma Hussi.

§. XIII.

EX eo, quod rejecit Hussus noster commentum transsubstantiationis, ipsi tribuere voluerunt pontificii, praecipue Cardinalis Cameracensis, quod docuerit corpus & sanguinem Christi in sacra Coena non adesse; at referente Kortholto (o) negavit Huss se ita sentire, sed corpus Christi e Maria virgine natum, passum &c. in sacra Coena revera & essentialiter haberi se firmissime credere: qui simul quoque commemorat ipsum Lutherum confessum fuisse sectatores Hussi praesentiam realem corporis Christi in Sacra Coena non negare, & verbis quidem

608

(o) *Vid. ejus Hist. eccl. f.*

eos aliquantum ab Evangelicis differre, verum re ipsa cum illis consentire. Quod cum de sectatoribus affirmatur, cur ni de ipso auctore & fundatore?

§. XIV.

DAmnavit concilium constantiense mox post articulos Hussi hoc dogma, licere cuivis subdito licite & impune interire quemlibet tyrannum, idque sine transgressione sive violatione juramenti ipsi tanquam imperanti præstiti, neque expectandam sententiam & mandatum judicis esse. Quod existimat Osiander ipsos patres concilii constantiensis subdole & callide excogitasse, Hussoque impegisse, ut in majus odium apud magistratum civilem perducerent. Quod etiam illius vera nunquam fuisse ex scriptis ab illo editis abunde patet.

§. XV.

PLura persequi imperata bre-
 vitas & festinatio prohibet.
 Sufficiat hoc ipsum, nihil il-
 lum docere voluisse, quod ver-
 bo Dei contrarium esset, quem-
 admodum ipse in epistola ad Bo-
 hemos perscripta tertia in hunc
 modum contendit. *Obsecro et
 iam si quispiam, sive in publicis
 concionibus, sive in colloquutioni-
 bus privatis, aliquid à me audiverit
 aut scriptum legerit, quod sit contra
 veritatem Dei, ne id sequatur. QUAN-
 quam NB. nihil unquam hujusmodi me
 vel locutum esse vel scripsisse mihi
 conscius sum.* Qui vero uberio-
 rem de dogmatibus Hussi desiderat co-
 gnitionem ipsa opera ejus evol-
 vat duobus tomis in fol. Norim-
 bergæ impressa. Ex his vero
 quæ allata sunt, quivis dogma-
 ta vera a spuris lecernens, de-
 prehendet facile quo jure patres
 concilii constantiensis Hussum ca-
 pitis

pitis damnaverint & horribili
prorsus modo vita privaverint.

Protegat Deus ecclesiam suam
eamque tutam tectamque ser-
vet ab omni vi coactione & ty-
rannide, quo liceas cuivis pio
& fideli Christiano, in pace &
otio tranquilla mente servire Deo,
ut lætus demum in cœlestem
transferatur gloriam.

Tantum.

THESES MISCELLANÆ.

1.

Omnis philosophia ad praxin
tendere oportet.

2.

Religio a coactione immunis es-
se debet.

3.

Probabilismus Jesuitarum nullo
nititur fundamento.

4.

4.

Potestatem habet princeps circa sacra, sed non nisi architectonicam & directricem.

5.

Reservationes mentales fini sermonis repugnant.

6.

Fides hæretico data servanda est.

7.

Nulla lingua est homini con-nata.

8.

Mundus non est infinitus.

9.

Sobria dubitatio non est rejicienda.

10.

Concilia errare possunt.

11.

Sacrificia non originem debent legi naturali, sed legi divinæ positivæ.

12.

Non licet extorquere confessionem a reo.

Högtårade E: Broder

S R Leibes mörka graf, wår wärd
da fäder draga,
Och theras Lära, samt ståndacht
tighet och tro
Elskligt måla ut, och glömskans möre
Per saga
Från deras mull, som bör i hurtigt min
ne gro:
Thet är ju sielf sitt namn odödligheten
gifs wa,
Thet är sitt namn uti de Lärdas abe
nor skrifwa.

Min Broder, om Hussens tro I nu ha'n
wackert skrifwit,
De **SÄTZER**, som han sielf frimoe
digt gifwit ut,
Ha I med mycken slit hoppläckt och
framgifwit,
Fast Påfwen på des tro och **WÄR**
töckts aiort slut,
Då han den **GÅSEN** fick på halstret
höra sakla,
Och såg at Bödelen therunder stadt sin
sakla.

Men

Men hwem har Ehr så mot den stäl-
ta Påfwen Drifwit,
I ha lu sörr hans pung och Cassa nog
Fördömt,
Och som mig tycks, så når då på hans
höghet Klifwit,
Som I hans helighet och wälde platt
förgiömt.
Nu börren åter I thens LÄRA at
lundgiöra,
Som Påfwens macht och stohl alde-
les will förstöra.

Pro fritt, om han sitt hat, på Ehr och
släckia finge,
Och Ehr i klona som han sordom Hus-
sen fädt,
Det bättre ett med Ehr än som med
honom ginge,
Nej, röna skulle I banlysning, spe
och spott:
I fing' i högsta grad hans wrede wiss
försara,
Samt huru stor hans macht och wäl-
de mände wara. 1

Men Påfwen hota mä, och säja hwad
han tycker,

Han

Han Eht ett stada kan: Ehet namn
skal ewigt blif,
Ty Pallas det så hårt i marmor jir-
ligt trycker,
Ut tid och afvund sielf måst det o-
rubbat sij.
Eht derfor lycka all min Brox jag
wilt tilönsta,
Jag gläds at hiesan snart för mödan
swär får grönsta.

Upsala Den 16. Maji
1738.

SAMUEL ER. HUSS.



Då Philosophiæ Candidaten
Herr JOH. ER. HUSS Jun.
Pro Gradu Magisterii disputerade.

I De fina heltar i fält, thena wärdiga, hur-
liga bäter,
Och i stormer och strid widtfrågade träffliga
later,
Jämt uti Marmoret hårde, så djupt och jir-
liga, prägla,
Att den uråldriga tid sig der i kan listiga spegla:
Gå ju för anlagd slit ånmuta ewärdelig heber,
Som them genare wäg til widare lycka be-
reder.
Hwad förtjenar wij då, then and'liga Wamma be-
drifter
Wäcker i höp, sehn nått infattar i slögliga strif-
ter?
Jo, thes högre beröm som striden then and'liga
kräffor
Birligt ros, men thot, som bätar ewigliga,
Skaffar
Gör thet I uti Ert wärd wapnen up granlio-
ga tækte,
Hwarmed HUSS, til strids up mot sig Wä-
men och wäkte,
Heder

Bedet bde Ehr och berdm; god Inka, som
endtliga swara
Skal mot Lärdom och slit, må med Ehr siges
wärdliga para.

Öttrade således sin fågnad

ER. A. SUNDIN.

